

aliorum piorum. Paulum salvere jubeo: & hortor eum ut ætatis suæ florem Christo & studio virtutum consecret, ut majorum insistat vestigiis. Neque enim illi ideo parum æquus sum, quod νεανικῶς, me insalutato, tunc abiit. Olim fatebitur non fuisse mihi probandam κακοζήλιαν Gallicam: fatebitur & se & fratrem amanter a me habitos. Deus totam vestram familiam benedictione sua pergat sanctificare & illustrare. Is tibi & nobilis. conjugii & tuis liberis benefaciat. Musfelius pridem satis latinas ad me literas dedit. Basilea 8. Decembris 1589.

## EPISTOLA LVIII.

**S** Vir clar. hoc epistolio non responsum occupato extorquendum censui, qui ex me ipso, minime sane ocioso conjecturam de te facio: sed potius id agendum, ut, pro tuo candore intelligeres, te nihilominus a me diligi, & ideo magri fieri (neminem enim diligere possum quem non magnifacio:)(a) licet tibi hæctenus integrum non fuerit testari

K 5

stari

(a) an neminem possim diligere, quem non magnifacio, aliis dijudicandum relinquam, mihi in utramque partem disputari posse videtur.